INC.
1438
BN

COMPRA

N.° 107

Epistola Cristofori Colombi

— 1493 —

Inc
1438

R. c. 153653

BIBLIOTECA NAZIONALE BRAIDENSE

18

Inc
1438

¶ Epiſtola Chriſtofori Colom: cui ętas noſtra multū debet: de
Inſulis Indię ſupra Gangem nuper inuentis. Ad quas perqui-
rendas octauo antea menſe auſpicijs ⁊ ęre inuictiſſimi Fernan-
di Hiſpaniarum Regis miſſus fuerat: ad Magnificum dñm Ra-
phaelem Sanxis: eiuſdem ſereniſſimi Regis Teſaurariū miſſa:
quam nobilis ac litteratus vir Aliander de Coſco ab Hiſpano
ideomate in latinum conuertit: tertio kal's Maij. M.cccc.xciij.
Pontificatus Alexandri Sexti Anno Primo.

Q Uoniam ſuſceptę prouintię rem perfectam me cōſecutum
fuiſſe gratum tibi fore ſcio: has conſtitui exarare: quę te
uniuſcuiuſqȝ rei in hoc noſtro itinere geſtę inuentęqȝ ad-
moneant: Triceſimotertio die poſtq̄ Gadibus diſceſſi in mare
Indicū perueni: vbi plurimas inſulas innumeris habitatas ho-
minibus repperi: quarum omnium pro foeliciſſimo Rege noſtro
pręconio celebrato ⁊ vexillis extenſis contradicente nemine poſ-
ſeſſionem accepi: primęqȝ earum diui Saluatoris nomen impo-
ſui: cuius fretus auxilio tam ad hanc: q̄ ad cęteras alias perue-
nimus. Eam vo Indi Guanahanin vocant. Aliarum etiā vnam
quanqȝ nouo nomine nuncupaui. Quippe aliā inſulam Sanctę
Marię Conceptionis. aliam Fernandinam. aliam Hyſabellam.
aliam Iohanam. ⁊ ſic de reliquis appellari iuſſi. Quamprimum
in eam inſulam quā dudum Iohanā vocari dixi appulimus: iu-
xta eius littus occidentem verſus aliquantulum proceſſi: tamqȝ
eam magnā nullo reperto fine inueni: vt non inſulam: ſed conti-
nentem Chatai prouinciam eſſe crediderim: nulla tñ videns op-
pida municipiaue in maritimis ſita confinibꝰ pręter aliquos vi-
cos ⁊ predia ruſtica: cum quoꝝ incolis loqui nequibam. quare ſi-
mul ac nos videbant ſurripiebant fugam. Progrediebar vltra:
exiſtimans aliquā me vrbem villaſue inuenturum. Deniqȝ vidēs
ꝙ longe admodum progreſſis nihil noui emergebat: ⁊ hmōi via
nos ad Septentrionem deferebat: ꝙ ipſe fugere exoptabā: terris
etenim regnabat bruma: ad Auſtrumqȝ erat in voto cōtendere:

nec minus venti flagitantib⁹ ſuccedebāt · cōſtitui alios nō ope
riri ſucceſſus: ⁊ ſic retrocedens ad portū quendā quem ſignaue
ram ſum reuerſus: vnde duos hoīes ex noſtris in terrā miſi. qui
inueſtigarēt eſſet ne Rex in ea prouincia vrbeſue aliquę· Hi per
tres dies ambularunt inuenerūtqꝫ inumeros populos ⁊ habita
tiones paruas tn̄ ⁊ abſqꝫ vllo regimine: quapropter redierunt·
Interea ego iam intellexerā a q̄buſdam Indis quos ibidem ſu
ſceperā quō hmōi prouincia inſula quidem erat: ⁊ ſic perrexi ori
entem verſus eius ſemꝑ ſtringēs littora vſqꝫ ad miliaria·cccxxij
vbi ipſius inſulę ſunt extrema: hinc aliā inſulam ad orientē pro
ſpexi diſtantē ab hac Iohana miliarib⁹·liiij·quā protinus Hiſpa
nam dixi: in eamqꝫ conceſſi ⁊ direxi iter quaſi per Septentrionē
quemadmodū in Iohana ad orientem miliaria·dlxiiij·quę dicta
Iohana ⁊ alię ibidem inſulę q̄ꝫfertiliſſime exiſtunt· Hęc multis
atqꝫ tutiſſimis ⁊ latis nec aliis quos vnq̄ꝫ viderim comparādis
portibus eſt circundata multi maximi ⁊ ſalubres hanc interflu
unt fluuij· multi quoqꝫ ⁊ eminentiſſimi in ea ſunt montes Oēs
hę inſulę ſunt pulcherrimę ⁊ varijs diſtinctę figuris: puię: ⁊ ma
xima arborꝝ varietate ſidera lambentiū plenę: quas nunq̄ꝫ folijs
priuari credo· Quippe vidi eas ita virentes atqꝫ decoras: ceu mē
ſe Maio in Hiſpania ſolent eſſe: quarꝝ alię florētes: alię fructuo
ſę: alię in alio ſtatu ſm vniuſcuiuſqꝫ qualitatē vigebant· garrie
bat philomena ⁊ alij paſſeres vari, ac inumeri mēſe Nouembris
quo ipſe per eas deambulabā· Sunt p̄terea in dicta inſula Ioha
na ſeptē vel octo palmarꝝ genera q̄ proceritate ⁊ pulchritudine
quēadmodū cęterę oēs arbores: herbę: fructuſqꝫ nr̄as facile exu
perāt· Sūt ⁊ mirabiles pin⁹ agri ⁊ prata vaſtiſſima· varię aues·
varia mella· variaqꝫ metalla ferro excepto· In ea aūt quā Hiſpa
nam ſupra diximꝰ nuncupari maximi ſunt mōtes ac pulchri. va
ſta rura nemora· campi feraciſſimi ſeri paſciqꝫ ⁊ ꝯdendis ędifici
is aptiſſimi· Portuū in hac inſula cōmoditas ⁊ preſtantia· flumi
nū copia ſalubritate admixta hoīm: q̄ niſi quis viderit: credulita
tez ſuperat· Huiꝰ arbores paſcua ⁊ fructꝰ multū ab illis Iohanę
differunt· Hęc preterea Hiſpana diuerſo aromatis genere· auro·

metalliſq; abundat· cuius quidem ⁊ oīm aliarū quas ego vidi ⁊
quarū cognitionē habeo incole vtriuſq; ſexus nudi ſemp incẽ
dunt quẽadmodū edunt̃ in lucem: preter aliquas feminas· q̃ fo
lio frondeue aliqua aut bombicino velo pudenda operiunt q̃d
ipſe ſibi ad id negocij parant· Carent ij oēs (vt ſupra dixi) quo
cūq; genere ferri· carēt ⁊ armis vtpote ſibi ignotis nec: ad ea ſunt
apti· nō ꝓpter corporis deformitatem cū ſint bene formati: ſed
q̄a ſunt timidi ac pleni formidine· geſtant tñ pro armis arundi
nes ſole puſtas: in quarū radicib⁹ haſtile quoddā ligneū ſiccū et
in mucronem attenuatū figunt: neq; ijs audent iugiter vti: nā ſe
pe euenit cū miſerim duos vel tris hoies ex meis ad aliquas vil
las vt cū earū loquerent̃ incolis: exiſſe agmen glomeratū ex In
dis: ⁊ vbi nr̄os appropinquare videbant fugā celeriter arripuiſ
ſe deſpretis a patre liberis ⁊ econtra· ⁊ hoc nō q̄ cuipiam eorū dā
num aliqd vel iniuria illata fuerit: imo ad quoſcūq; appuli ⁊ q̄
bus cū verbum facere potui: quicqd habebā ſum elargitus: pan
num aliaq; ꝑmulta nulla mihi facta verſura: ſed ſunt natura pa
uidi ac timidi· Cetere vbi ſe cernunt tutos oī metu repulſo: ſunt
admodū ſimplices ac bone fidei ⁊ in oīb⁹ que habent liberaliſſi
mi: roganti qd poſſidet inficiat̃ nemo: quin ipſi nos ad id poſcē
dū inuitāt· Maximū erga oēs amorē preſeferunt: dant queq; ma
gna pro paruis: minima lʒ re nihilo ue ꝯtenti· ego attñ ꝓhibui ne
tā minia ⁊ nulli⁹ precij hiſce darent̃: vt ſunt lancis· parapſidū·
vitriq; fragmēta· itē claui ligule: quanq; ſi hoc poterāt adipiſci
videbat̃ eis pulcherrima mūdi poſſidere iocalia· Accidit· n· quē
dā nauitam tantū auri pondus habuiſſe pro vna ligula quāti
ſunt tres aurei ſolidi· ⁊ ſic alios pro alijs minoris precij ꝑſertim
pro blanquis nouis: quibuſdā nūmis aureis: ꝓ qb⁹ habēdis da
bant quicquid petebat vēditor: puta vnciam cū dimidia ⁊ duas
auri: vel triginta ⁊ quadraginta bombicis pondo: quam ipſi iam
nouerant: item arcuum· amphore· hydre· doliiq; fragmenta bom
bice ⁊ auro tanq; beſtie comparabant· quod quia iniquum ſane
erat vetui: dediq; eis multa pulchra ⁊ grata q̄ mecū tulerā nullo
interueniēte ꝑmio: vt eos mihi facili⁹ ꝯciliarem fierentq; xpicole·

⁊ vt ſint proni in amorem: erga Regem Reginã principeſqꝫ no-
ſtros ⁊ vniuerſas gentes Hiſpanię ac ſtudeãt perquirere: coacer-
uare eaqꝫ nobis tradere quib⁹ ipſi affluunt ⁊ nos magnopere in-
digemus. Nullam ij norunt hydolatriam: immo firmiſſime credũt
omnem vim: oẽm potentiam: oĩa deniqꝫ bona eſſe in coelo: meqꝫ
inde cum his nauibus ⁊ nautis deſcẽdiſſe: atqꝫ hoc animo vbiqꝫ
fui ſuſceptus poſtq̄ metum repulerant. Nec ſunt ſegnes aut ru-
des: quin ſummi ac perſpicacis ingenij: ⁊ homines qui tranſfre-
tant mare illud nõ ſine admiratõe vniuſcuiuſqꝫ rei rationẽ red-
dunt: ſed nunq̄ viderũt gentes veſtitas neqꝫ naues hmõi. Ego
ſtatim atqꝫ ad mare illud perueni e prima inſula quoſdã Indos
violenter arripui: qui ediſcerent a nobis ⁊ nos pariter docerent
ea: quoꝝ ipſi in hiſce partibus cognitionem habebant. ⁊ ex voto
ſucceſſit: nam breui nos ipſos ⁊ ij nos tum geſtu ac ſignis tum
verbis intellexerunt: magnoqꝫ nobis fuere emolumento: veniũt
modo mecum: qui ſemper putant me deſiluiſſe e coelo: q̄uis diu
nobiſcum verſati fuerint hodieqꝫ verſentur. ⁊ ij erant primi qui
id quocunqꝫ appellabamus nuntiabant: alij deinceps alijs ela-
ta voce dicẽtes: Uenite venite ⁊ videbitis gentes ęthereas. Quã
ob rem tam feminę q̄ viri: tam impuberes q̄ adulti: tã iuuenes
q̄ ſenes depoſita formidine paulo ante ꝯcepta nos certatim viſe-
bant magna iter ſtipante caterua alijs cibum alijs potum affe-
rentibus maximo cum amore ac beniuolentia incredibili. Habet
vnaqueqꝫ inſula multas ſcaphas ſolidi ligni: ⁊ ſi anguſtas lon-
gitudine tñ ac forma noſtris biremibus ſimiles: curſu aũt velo-
ciores. Reguntur remis tantũmodo. Haꝝ quędam ſunt magnę:
quędam paruę: quędã in medio conſiſtũt. Plures tñ biremi quę
remiget duodeuiginti tranſtris maiores: cũ quibus in oẽs illas
inſulas: quę innumerę ſunt: traijcitur: cumqꝫ ijs ſuam mercatu-
ram exercent ⁊ inter eos comertia fiunt. Aliquas ego harum bi-
remiũ ſeu ſcaphaꝝ vidi q̄ vehebant ſeptuaginta ⁊ octuaginta re-
miges. In omnibus ijs inſulis nulla eſt diuerſitas inter gentis
effigies: nulla in moribus atqꝫ loquela: quin oẽs ſe intelligunt

adinuicem:quę res perutilis eſt ad id q̃d ſereniſſimū Regē nr̃m exoptare pręcipue reor:ſcʒ eoꝝ ad ſctā̃ xp̃i fidem ꝯuerſionem. cui q̈dem quantū intelligere potui facillimi ſunt ⁊ proni. Dixi quemadmodū ſum progreſſus antea inſulam Iohanā per rectū tramitem occaſus in orientem miliaria.cccxxij. ſm quā viam ⁊ interuallum itineris poſſum dicere hanc Iohanā eſſe maiorem Anglia ⁊ Scotia ſimul:nāq3 vltra dicta.cccxxij. paſſuū milia in ea parte quę ad occidentem proſpectat duę: quas nō petij:ſuper ſunt prouincię:quaꝝ alterā Indi Anan vocant cuius accolę cau dati naſcuntur. Tendunt̃ in longitudinē ad miliaria.clxxx. vt ab his quos vehō mecū Indis percepi:qui oīs has callent inſu las. Hiſpanę vō ambit⁹ maior eſt tota Hiſpania a Colonia vſq3 ad fontem rabidū. Hincq3 facile arguit̃ ꝙ quartum eius latus quod ipſe per rectā lineā occidentis in orientem traieci miliaria continet.dxl. Hęc inſula eſt affectanda ⁊ affectata nō ſpernenda In qua ⁊ ſi aliaꝝ oīm vt dixi pro inuictiſſimo Rege noſtro ſolen niter poſſeſſionem accepi:earūq3 imperium dicto Regi penitus cōmittitur:in oportuniori tn̄ loco atq3 omni lucro et cōmercio condecenti cuiuſdā magnę villę:cui Natiuitatis dn̄i nomen de dimus:poſſeſſionem peculiariter accepi:ibiq3 arcem quandam erigere extemplo iuſſi:quę modo iam debet eſſe pacta:in qua ho mines qui neceſſarij ſunt viſi cū omni armoꝝ genere ⁊ vltra an num victu oportuno reliqui. Itē quandā carauellam ⁊ pro alijs conſtruendis tam in hac arte q̃ in cęteris peritos:ac eiuſdē in ſulę Regis erga eos beniuolentiam ⁊ familiaritatem incredibilē Sunt enim gentes illę amabiles admodum ⁊ benignę:eo ꝙ Rex prędictus me fratrē ſuū dici gloriabat̃. Et ſi aīum reuocarent et his qui in arce manſerunt nocere velint:nequeunt:q̈a armis ca rent:nudi incedūt ⁊ nimiū timidi:ideo dictā arcem tenētes dun taxat pn̄t totā eam inſulam nullo ſibi īminēte diſcrimine popu lari:dummō leges quas dedim⁹ ac regimen nō excedāt. In oīb⁹ his inſulis vt intellexi quiſq3 vni tm̄ ꝯiugi acquieſcit pręter prin cipes aut reges:q̈bus viginti hr̄e licet. Feminę magis q̃ viri la

boꝛare videntur·nec bene potui intelligere an habeant bona pro
pria:vidi enim ꝙ vnus habebat alijs impartiri:pręſertim dapes
obſonia ⁊ hmõi·Nullum apud eos monſtrũ reperi vt pleriqꝫ exi-
ſtimabant:ſed hoĩes magne reuerentię atqꝫ benignos·Nec ſunt
nigri velut ethiopes·habent crines planos ac demiſſos·non de
gũt vbi radioꝝ ſolaris emicat caloꝛ·pmagna nanqꝫ hic eſt ſolis
vehementia:propterea ꝙ ab ęquinoctiali linea diſtat.Ubi vidẽ-
tur gradus ſex ⁊ viginti ex montiũ cacuminibꝰ·Maximũ quoqꝫ
viget frigus:ſed id qdem moderanť Indi tum loci conſuetudi-
ne·tum rerũ calidiſſimaꝝ quibꝰ frequenter ⁊ luxurioſe veſcunť
pręſidio·Itaqꝫ mõſtra aliqua nõ vidi:neqꝫ eoꝝ alicubi habui co
gnitionem:excepta quadã inſula Charis nuncupata:quę ſecun
da ex Hiſpania in Indiam tranſfretantibꝰ exiſtit·quã gens quę
dam a finitimis habita ferocioꝛ incolit·Hi carne humana veſcũ
tur·Habent predicti biremiũ genera plurima qbus in oĩs Indi
cas inſulas traijciunt·depꝛedant.ſurripiunt quęcũqꝫ pñt·Nihil
ab alijs differunt niſi ꝙ gerũt moꝛe femineo longos crines·vtũ-
tur arcubꝰ ⁊ ſpiculis arundineis fixis vt diximꝰ in groſſioꝛi par
te attenuatis haſtilibꝰ·ideoqꝫ habenť feroces:quare cęteri Indi
inexhauſto metu plectunť:ſed hos ego nihilifacio plus q̃ʒ alios
Hi ſunt q coheunt cũ quibuſdã feminis:quę ſolę inſulã Mateu-
nin primã ex Hiſpania in Indiã traiicientibꝰ habitant·Hę aũt
feminę nullũ ſui ſexus opus exercent:vtuntur enim arcubus et
ſpiculis ſicuti de eaꝝ ꝯiugibus dixi muniunt ſeſe laminis ęneis
quaꝝ maxima apud eas copia exiſtit·Aliã mihi inſulã affirmãt
ſupꝛadicta Hiſpana maioꝛẽ:eius incolę carẽt pilis·auroqꝫ inter
alias potiſſimũ exuberat·Huius inſulę ⁊ aliaꝝ quas vidi hoĩes
mecũ poꝛto qui hoꝝ quę dixi teſtimoniũ perhibẽt·Deniqꝫ vt no-
ſtri diſceſſus ⁊ celeris reuerſionis compendiũ ac emolumentũ
bꝛeuibus aſtringã hoc polliceoꝛ:me noſtris Regibus inuictiſſi-
mis paruo eoꝝ fultũ auxilio:tantũ auri daturũ quantũ eis fue-
rit opus·tm̃ vero aromatum·bombicis·maſticis:q̃ apud Chium
duntaxat inuenitur:tantũqꝫ lignũ aloes·tantum ſeruoꝝ hydo-

latrorum:quantum eorum maieſtas voluerit exigere· item reu/
barbarum ⁊ alia aromatū genera quę ii quos in dicta arce reli/
qui iam inueniſſe atqꝫ inuenturos exiſtimo· q̄nquidem ego nul
libi magis ſum moratus niſi quantum me coegerunt venti: pre
terq̄ꝫ in villa Natiuitatis dum arcem condere ⁊ tuta oīa eſſe pro
uidi · Quę ⁊ ſi maxima ⁊ inaudita ſunt:multo tn̄ maiora forēt
ſi naues mihi vt ratio exigit ſubueniſſent·Uerū multum ac mira
bile hoc:nec noſtris meritis correſpondens:ſed ſanctę Chriſtia
nę fidei noſtrorumqꝫ Regum pietati ac religioni: quia quod hu
manus conſequi nō poterat intellectus:id humanis cōceſſit di
uinus·Solet enim deus ſeruos ſuos quiqꝫ ſua pręcepta diligunt
⁊ in impoſſibilibus exaudire:vt nobis in pręſentia contigit:qui
ea conſecuti ſumus quę hactenus mortalium vires minime atti.
gerant:nam ſi harū inſulaꝝ quipiam aliquid ſcripſerunt aut lo
cuti ſunt:omnes per ambages ⁊ cōiecturas:nemo ſe eas vidiſſe
aſſerit vnde prope videbatur fabula· Jgitur Rex ⁊ Regina prin
cepſqꝫ ac eoꝝ regna feliciſſima cunctęqꝫ alię Chriſtianoꝝ prouin
cię Saluatori dn̄o noſtro Jeſu Chriſto agam⁹ gratias : qui tan
ta nos victoria munereqꝫ donauit:celebrentur proceſſiones·per
agantur ſolennia ſacra·feſtaqꝫ fronde velentur delubra·exultet
Chriſtus in terris quemadmodum in coelis exultat : quom tot
populoꝝ perditas ante hac animas ſaluatum iri pręuidet· Lęte
mur ⁊ nos:cum propter exaltationem noſtrę fidei· tum propter
rerum temporalium incrementa:quoꝝ non ſolum Hiſpania ſed
vniuerſa Chriſtianitas eſt futura particeps· Hęc vt geſta ſunt
ſic breuiter enarrata. Uale· Uliſbonę pridie idus Martij·

Chriſtoforus Colom Oceanę claſſis Pręfectus·

¶ Epigramma. R. L. de Corbaria Epiſcopi Montiſpaluſii. Ad Inuictiſſimum Regem Hiſpaniarum.

Iam nulla Hiſpanis tellus addenda triumphis
  Atq; parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe eois regio deprenſa ſub vndis
  Auctura eſt titulos Betice magne tuos
Unde repertori merito referenda Columbo
  Gratia: ſed ſummo eſt maior habenda deo.
Qui vincenda parat noua regna tibiq; ſibiq;
  Teq; ſimul fortem preſtat et eſſe pium.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

?1493

[1593, depois de 29 de Abril.
Roma: Stephan Plannck]

G. D. W. 7173

Ham. Esp. 5490.

Inc
1438

III/4